

THE SARUM RITE
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome C.
Fasciculus 8.
Pagine {239}-{314}.

Festis Julii.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMXX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published January 1, 2020.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2020.

In octavis sancti Johannis baptiste.

¶ *In octavis sancti Johannis baptiste.*

(*j. Julii.*)

Officium,¹ Oratio, Epistola, Gradale, Allelúya. Offertorium et Communio sicut in prima die dicantur {218}. : cum evangelio sequenti.

¶ *Secundum Lucam. j. [13, 18-25.]*

JN illo tempore. Dixit ad Zachariám ángelus, Ne tímeas Zacharía, quóniam exaudíta est deprecátio tua : et uxor tua Elísabeth páriet tibi filium : et vocábis nomen ejus Johánnem. Et dixit Zacharías ad ángelum, Unde hoc sciam ? Ego enim sum senex : et uxor mea procéssit in diébus suis. Et respóndens ángelus dixit ei, Ego sum Gábriel qui asto ante Deum : et missus sum loqui ad te, et hec tibi evangelizáre. Et ecce eris tacens : et non póteris loqui usque in diem quo hec fiant : pro eo quod non credidísti verbis meis que implebúntur in

témpore suo. Et erat plebs expéctans Zacharíam : et mirabántur quod tardáret ipse in templo. Egréssus autem non póterat loqui ad illos. Et cognovérunt quod visióнем vidísset in templo. Et ipse erat ínnuens illis : et permánsit mutus. Et factum est ut impléti sunt dies officii ejus : ábiit in domum suam. Post hos autem dies : concépit Elísabeth uxor ejus : et occultábat se ménibus quinque dicens, Quia sic fecit michi Dominus : in diébus quibus respéxit áuferre oprórium meum inter homines.

¶ *Si iste octave in sabbato vel in dominica evenerit missa de octava dicetur in capitulo.*

In die visitationis beate Marie.



[1508-S:405.]

¶ *In die visitationis beate Marie.*


(ij. Julii.)

Ad missam. Officium.


1508-S:405; 1513-S:33r.²

Offic.

I.



In die visitationis beate Marie.



Oratio.

Deus qui sacratíssimam vírginem Maríam, unigéniti tui matrem, mítue consolatiónis grátia beátam Elízabeth visitáre fecísti : concéde propícius nobis fámulis tuis : ut ex³

ejus visitatióibus assídue consolémur : et a cunctis adversitatíbus, tuo munímine protegámur. Per eúndem Dóminum.

Memoria nulla.

Lectio libri Sapientie. Canticorum ij. [1-4, 10-14.]

CGo flos campi : et lílum con-vállum. Sicut lílum inter spinas : sic amíca mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvárum : sic diléctus meus inter filios. Sub umbra illíus quem desiderábam sedi : et fructus ejus dulcis gútturi meo. Introdúxit me in cellam vináriam : ordinávit in me caritátem. En diléctus meus lóquitur michi. Surge própera amíca mea : colúmba mea :

formósa mea : et veni. Jam enim hiems tránsiit : imber ábiit, et recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra : tempus putatiónis advenit. Vox túrturis audíta est in terra nostra. Ficus prótulit grossos suos : vínee floréntes, odórem suum dedérunt. Surge própera amíca mea⁴ : colúmba mea in foramínibus petre : in cavérana macérie. Osténde michi fáciem tuam : sonet vox tua in áuribus meis. Vox

In die visitationis beate Marie.

enim tua dulcis est⁵ : et fácies tua | decóra.

Gradale. Benedícta et venerábilis es virgo María : que sine tactu pudóris invénta es mater Salvatóris. *V.* Virgo Dei génitrix quem totus non capit orbis : in tua se clausit víscera factus homo. {379}.

1508-S:405; 1513:33r.⁶

Alle.
I.

L-le- lú-ya. *

V. Ma-ter mi- rí- fi- ca summa per grá- ti- am do-

na : mul-tí-pli-ca di-tans ecclé-si- am, sacris vir-tú-ti-bus

tol- lens dissí-di- um : confer pe- tén- ti-bus tu- um

* pre- sí- di- um.

1508-S:406; 1513-S:33r.⁷

Seq. VIII.

E-le-brémus * in hac di- e : festum domus Zacha-rí-

rh2729.

In die visitationis beate Marie.

The musical notation consists of five staves of square neumes on a four-line staff system. The notation is divided into sections by vertical bar lines and labeled with letters above them: *a².*, *b¹.*, *b².*, *c¹.*, and *d¹.*. The lyrics are written below each section, aligned with the corresponding musical staff. The lyrics are:

e, láudi-bus le- tí-ci- e. Contemplémur i-bi gestum :
et de festo fi- at festum, jam domus ecclé-si- e. Thema
jam so-lenni-tá- tis : co-pi- ó-se ca-ri-tá-tis, grá-ti- a re-
có-li-tur. Quam E-lí-za-beth be- á-ta : se-nectú-te fe-cun-
dá-ta, susce-písse scri-bi-tur. Orbis to-tus gra-tu- lé-tur :
to-to corde ve-ne-ré-tur, dulcis vi-si- tá-ti- o. Compas-
sí-vi cordis be-nígni-tas : excessí-va sta-tus humí-li-tas,
sacra conso- lá-ti- o. In intró- i-tu Ma- rí- e : pro-lem

In die visitationis beate Marie.

matrem prophé-ti- e, spí-ri-tus il- lúmi-nat. Confortá- ta
génti- um : robo-rá- ta dé-bi-tum, fe-lix pa-rens térmí-nat.
Ergo festi hanc auctrí-cem : lauda De- i ge-ni-trí- cem,
Sy-on ex pre-córdi- is. Quicquid di-cas de be-nígnna :
mi-nus est a laude dig-na, dé-bi-tis pre-có-ni- is.
Vi-sí-ta-trix in montá-nis : vi-sí-ta-trix in his pla-nis,
sis ma-tris ecclé-si- e. Me-di-cí-na Chris-ti- á-na : quod non
va-let vis humá-na, fi- at dono grá-ti- e. Be-ne-dícta

In die visitationis beate Marie.

mu-lí- e-rum : sy-dus ma-ris lu-men ve-rum : mestum
b².

conso-lá-re cle-rum, pópu-lum ir-rá-di- at. Be-ne-dícto

ventris tu- i : fructu do-na no-bis fru- i : sicque simus

semper su- i, in per-énni gló-ri- a.

Amen.⁸

Secundum Lucam. j. [39-47.]

IN illo témpore. Exúrgens autem María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda : et intrávit in domum Zacharíe : et salutávit Elísabeth. Et factum est ut audívit salutatióne Maríe Elísabeth : exultávit infans in útero ejus. Et repléta est Spíritu Sancto Elísabeth : et exclamávit voce magna, et dixit, Benedícta tu inter mulíeres : et benedíctus fructus ventris tui. Et unde

hoc michi : ut véniat mater Dómini mei ad me ? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tue in áuribus meis : exultávit in gáudio infans in útero meo. Et beáta que credidísti : quóniam perficiéntur in te ea que dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María, Magníficat ánima mea Dóminum. Et exultávit spíritus meus : in Deo salutári meo.

Credo. 20.

In die visitationis beate Marie.

GS:6; 1508-S:407; 1513:33v.⁹

Offer. VIII.

ve * Ma-ri- a grá-
ti- a ple- na Dó- mi-nus te- cum : be-
ne-díc- ta tu in mu- li- é- ri- bus : et be-ne-
díc- tus fruc- tus ven- tris tu- i.

Secreta.

Ecclésie tue quésumus Dómine
oblationem propícius intuérē : et
intercedénte gloriósa vírgine Dei
genitríce María : unitátis ac pacis
semper eidem dona concéde. Per
eúndem Dóminum nostrum.

Prefatio. Et te in visitatióne. 1167.

GS:195; 1508-S:407; 1513:33v.¹⁰

Comm. I.

E-á-ta víscer- ra * Ma-ri- e vír- gi-nis : que
porta- vé- runt e-tér- ni Pa- tris Fí-li- um.

Postcommunio.

DEUS qui mediante beáte vírgine María mundo succurrísti pér-dito : ipsíus gloriósis méritis et pré-cibus interveniéntibus concéde placá-tus : ut ab ecclésie tue regno, ómni-

um scandalórum perturbatióne re-móta : in tua semper pace tibi débite famulétur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

C Per totas octavas dicantur sequentie : sicut infra octavas assumptionis ejusdem cum missa predicta. In octava die dicatur Kyrieléyson. Glória in escélsis. cum farsura Spíritus et alma orphanórum. 41*.

1508-S:407; 1513-S:33v.¹¹

Seq. VIII.

V E-ni ma-ter grá-ti- e : * fons mi-se-ri-córdi- e, mí-
se-ris remé-di- um. Ve-ni lux ecclé-si- e : trís-ti-bus le-tí-
ci- e, tu in-fúnde rá- di- um. Te re-gí-nam có-limus : ti-bi
laudes cá-nimus, ex áfféctu córdi- um. Que es in angústi- is :
et in re-bus dú-bi- is, sa-lus et so-lá-ti- um. O stel-la pre-

In die visitationis beate Marie.

fúlgi-da : tu di-ra certámi-na, ma-ris hu-jus réprime. Symó-
nis na-ví-cu-la : fí-li- i tu-ní-cu-la : ne scindántur pró-hi-be.
Por-tus na-vi-gánti- um : pre-ces suppli-cánti- um, fi-li- ó-
rum súsci-pe. Con-so-lá-re flé-bi-les : ju-va pu-sil-lá-nimes,
et errántes córri-ge. Que De-um homí-ni-bus, et ima-
ce-lésti-bus : jungis o pu-ér-pe-ra. Hé-re-ses inté-rime,
scismá-ta tu déstru- e, firma pa-cis fé-de-ra.
Amen.¹²

*Et Benedíctus Maríe Fílius.*¹³ 50*.

¶ [*Ubi ecclesia dedicata est honore*]¹⁴
*sanctorum Processi et Martiniani
martyrum.*

(ij. *Julii.*)

[*Ad missam.*]¹⁵ *Officium.*



Udicant sancti gentes : et dominántur pópolis : et regnábit Dóminus Deus illórum in perpétuum. *Ps.* Exultáte justi in Dómino : rectos decet collaudátio. [65].

Oratio.

DEUS qui nos sanctórum tuórum Procéssi et Martiniáni confessi- ónibus gloriósis circúndas et protégis :

da nobis ex eórum imitatióne proficere, et intercessióne gaudére.
Per.

*Memoria de sancto Swithino.*¹⁶

Oratio.

DEUS qui hodiérnam diem sacra- tíssimam nobis in beáti Swíthini confessóris tui atque pontíficis depo- sitiōne celebráre concédis : adésto

propícius ecclésie tue prémibüs : ut cuius gloriátur méritis : muniátur suffrágis. Per Dóminum.

Memoria de apostolis. {229}.

Epistola. Sancti per fidem. *in communi.* [66].

Gradale. Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis. *V.* Cantáte Dómino cáanticum novum : laus ejus in ecclésia sanctórum. [72].

Alleluya. *V.* Reddet Deus mercédem labórum santórum suórum : et dedúcet illos in via mirábili. [79].

¶ Secundum Mattheum. xxiiij.¹⁷ [3-13.]

IN illo tempore. Sedente Iesu super montem Oliveti : accesserunt ad eum discípuli secreto, dicentes, Dic nobis quando hec erunt : et quod signum advéntus tui : et consummatiónis séculi ? Et respónsens Jesus dixit eis, Vidéte ne quis vos sedúcat. Multi enim vénient in nōmine meo : dicentes ego sum Christus, et multos sedúcent. Auditúri enim estis prélia : et opiniónes preliórum. Vidéte ne conturbémini. Opórtet enim hec fieri : sed nondum est finis. Consúrget enim gens contra gentem : et regnum advérsus¹⁸ reg-

num : et erunt pestiléntie, et fames, et terremótus per loca. Hec autem ómnia inícia sunt dolórum. Tunc tradent vos in tribulatióne, et occídent vos : et éritis ódio ómnibus géntibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabúntur multi : et ínvicem tradent : et ódio habébunt ínvicem. Et multi pseudo prophéte surgent : et sedúcent multos. Et quóniam abundábit¹⁹ iníquitas : refri-géschet cháritas multórum. Qui autem perseveráverit usque in finem : hic salvus erit.

Offertorium. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum : quóniam tu Dómine benedíces justo, Dómine ut scuto bone voluntáti tue coronásti nos. [91].

Secreta.

Suscipe Dómine preces et múnera oblata : que ut tuo digna sint conspéctui : sanctórum mártirum

Procéssi et Martiniáni précibus adjuvémur. Per.

Alia secreta de sancto Swithino.

Suscipe clementíssime Deus munus quo majestáti tue offérimus : et intercedénte²⁰ beáto Swíthino confessóre tuo atque pon-

tífice : ad utriúsque vite prosperitátem illud nobis pervenire concéde. Per Dóminum.

Alia secreta de apostolis, ut supra. {234}.

Communio. Anima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium. [98].

Postcommunio.

QUésumus Dómine divíno refécti
mystério : ut qui sanctórum
mártýrum tuórum²¹ Procéssi et
Martiniáni temporáli commemorati-

ónē gaudémus : eórum intercessió-
níbus in ea numerémur sorte salútis :
in qua illi sunt tua grátia gloriósi. Per
Dóminum nostrum.

C *Alia postcommunio de sancto Switino.*

DEUS qui nos a delictórum con-
tágiiis, tuórum expias percepti-
ónē sacramentórum : presta quésu-
mus : ut beáti Swíthini confessóris

atque pontíficis méritis, a cunctis
eruámur advérsis : et celéstis vite
delíciis perfruámur. Per Dóminum
nostrum.

Alia postcommunio de apostolis ut supra. {234}.

¶ Missa de apostolis Petro et Paulo infra octavas quando de eis fit servicium.

[*Ad missam*]²² Officium.



Ichi autem nimis honorátis sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. Ps. Dómine probásti me et cognovísti me : tu cognovísti sessiónem meam et resurrectióne meam. [7].

Oratio.

Deus qui hodiérna diem aposto- | lórum tuórum Petri et Pauli | eórum in ómnibus sequi percéptum : | per quos religiónis sumpsit exórdium. | Per Dóminum.

Epistola. Jam non estis hóspites. *in communi.* [8].

Gradale. Constítues eos príncipes super omenm terram : memóres erunt nóminis tui Dómine. *V.* Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : proptérea pópuli confitebúntur tibi. [10].

Alleluya. *V.* Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. [11].

Evangelium. Hec mando vobis. *in communi.* [19].

Credo. 20.

Offertorium. Constítues eos príncipes super omnem terram : memóres erunt nóminis tui in omni progénie et generatíone. [21].

Secreta.

Hostias Dómine quas nómini tuo | sacrándas offérimus, apostólica | persequátur orátio : per quam nos | expiári tríbuas et deféndi. Per Dó- | minum.

Prefatio. Et te Dómine. 1165.

Communio. Vos qui secúti estis me : sedébitis super sedes judicántes duódecim

Missa de apostolis Petro et Paulo infra octavas.

tribus Israel dicit Dóminus. [22].

Postcommunio.

QUos celésti Dómine aliménto
saciásti : quésumus apostólicis | intercessiónibus ab omni adversité
custódi. Per Dóminum.

In translatione et ordinatione sancti Martini.

¶ *In translatione et ordinatione sancti Martini.*

(*iiiij. Julii.*)

[*Ad missam*]²³ *Officium.*



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

Oratio.

Deus qui pôpulo tuo etérne salútis beátum Martínum minístrum concessísti, presta quésumus : ut qui exécutor mandatórum

tuórum éxitit in terris : intercéssor noster semper esse dignétur in celis.
Per Dóminum.

Epistola. Ecce sacérdos. *in communi.* [106].

Gradale. Invéni David servum meum : óleo sancto unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei : et bráchium meum confortábit eum. *V.* Nichil proficiet inimícus in eo : et filius iniquitáti non nocébit eum. [109].

Alleluya. *V.* Elégit te Dóminus sibi in sacerdótem magnum in pôpulo suo. [113].

1508-S:408; 1513-S:34v.²⁴

ah53181.

Seq. I.

S a-cer-dó-tem Chris-ti Mar-tí-num : * cuncta per orbem ca-nat ecclé-si- a pa-cis cathó-li-ce. Atque il-lí- us

In translatione et ordinatione sancti Martini.

nomen omnis he-ré-ti-cus fú-gi- at pál-li-dus. Pannó-ni- a

le-té-tur gé-ni-trix ta-lis fi-li- i. I-tá-li- a ex-últet

á-li-trix tanti jú-ve-nis. Et Gál-li- e tri-na di-ví-si- o

sacro certet li-tí-gi- o : cu-jus esse dé-be- at pre-sul.

Sed pá-ri-ter ha-bé-re se patrem omnes gáude- ant : Tu-ró-

ni so-li e-jus corpus fó-ve- ant. Hu- ic Francó-rum atque

Germá-ni- e plebs omnis plaudat. Qui-bus vi-déndum in-

spéx-it Dómi-num in su- a veste. Hic cé-lebris est Egýpti

In translatione et ordinatione sancti Martini.

pár-ti-bus : Gré-ci- e quoque cunctis sa-pi- énti-bus.
f².

Qui impá-res se Mar-tí-ni mé-ri-tis sénti- unt, atque e-jus
g¹.

me-di-cámi-ni. Nam febres ce-dat : demonésque fu-gat :
g².

pa-ra-lý-ti-ca membra glú-ti-nat. Et mo-tu-ó-rum su-a
b¹.

pre-ce tri- um reddit córpo-ra vi-te prís-ti-ne. Hic ri-tus

sacri-lé-gos déstru- it : et ad Chris-ti gló-ri- am dat
b².

ígni-bus i-dó-la. Hic nu-dis mysté-ri- a bráchi- is confí-ci-
ens : pré-di-tus est ce-lésti lúmi-ne. Hic ó-cu-lis ac

In translatione et ordinatione sancti Martini.

má-ni-bus in ce-lum et to-tis ví-ri-bus suspénsus terré-na
cuncta réspu- it. E-jus o-ri nunquam Christus dé-fu- it :
si-ve justí-ci- a vel quicquid ad ve-ram vi-tam pérti-nent.
I-gi-tur te cuncti pós-cimus o Mar-tí-ne : ut qui multa
mi-ra hic ostendís-ti. E-ti- am de ce-lo grá-ti- am Chris-ti
no-bis suppli-cá-tu tu-o semper infúndas.

¶ Secundum Lucam. xij. [32-34.]

IN illo témpore. Dixit Jesus dis-cípulis suis, Nolíte timére pusíllus grex : quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite que possidétis : et date elemósinam. Fácite vobis sácculos qui non vete-

rás-cunt : thesáurum non deficiéntem in celis : quo fur non apprópiat ²⁵neque tinea corrúmpit. Ubi enim est thesáurus vester : ibi et cor vestrum erit.

In translatione et ordinatione sancti Martini.

Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

Secreta.

Intercéssio quésumus Dómine
beáti Martíni confessóris tui at-
que pontíficis múnera nostra com-

méndet : nosque majestáti tue semper
reddat accéptos. Per.

Communio. Fidélis servus er prudens quem constítuit Dóminus super famíliam suam : ut det illis in témpore trítici mensúram. [124].

Postcommunio.

Prestent nobis Dómine quésu-
mus sumpta sacraménta presí-
dium salutáre : et interveniéntibus
beáti Martíni confessóris tui atque

pontíficis méritis : ab ómnibus nos
absolvant peccátis. Per Dóminum
nostrum.

¶ In octava apostolorum Petri et Pauli.

(vj. Julii.)

[Ad missam]²⁶ Officium.



Apiéntiam sanctórum narrant pópuli : et laudem eórum núnciat ecclésia,
nómina autem eórum vivent in séculum séculi. Ps. Exultáte justi in
Dómino : rectos decet collaudátio. [63].

Oratio.

Deus cujus déxtera beátum Petrum apóstolum²⁷ ambulán- tem in flúctibus ne mergerétur eréxit : et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profundo pelági liberávit, exáudi nos propícius, et concéde : ut ambórum méritis : eternitátis glóriam consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Memoria de visitatione.

Epistola. Hii sunt viri. *in communi.* [69].

Gradale. Justórum ánime in manu Dei sunt : et non tanget illos torméntum malície. ¶ Visi sunt óculis inspiéntium mori : illi autem sunt in pace. [71].

Alleluya. ¶ Isti sunt due ólive et duo candelábra lucéntia ante Dóminum : habent potestátem cláudere celum núbibus : et aperíre portas ejus : quia lingue eórum claves celi facte sunt. [*Require in festo sanctorum Johannis et Pauli.*]²⁸ {227}.

Sequentia. Ecce pulchra. *in communi.* [81].

¶ Secundum Matheum. xiiij. [22-33.]

In illo témpore. Jussit Jesus²⁹ discípulos suos ascéndere in navículam : et precédere eum trans fretum : donec dimítteret turbas. Et dimíssa turba ascéndit in montem solus oráre. Véspere autem facto, solus erat ibi. Navícula autem in me-

dio mari, jactabátur flúctibus. Erat enim ventus contrárius. Quarta enim vigília noctis : venit ad eos ábulans supra mare. Et vidéntes eum supra mare ambulántem : turbáti sunt dicentes, Quia fantásma est. Et pre timore clamavérunt. Statíque Jesus

In octava apostolorum Petri et Pauli.

locútus est eis, dicens, Habéte fidúciam. Ego sum : nolíte timére. Respóndens autem Petrus : dixit, Dómine, si tu es : jube me veníre ad te super aquas. At ipse ait, Veni. Et descéndens Petrus de navícula : ambulábat super aquam ut veníret ad Jesum. Videns vero ventum válidum : tímuit. Et cum cepísset mergi : cla-

mávit dicens, Dómine : salvum me fac. Et contínuo Jesus exténdens manum : apprehéndit eum, et ait illi, Módice fidei : quare dubitásti ? Et cum ascendíssent in navículam : cessávit ventus. Qui autem in navícula erant : venérunt et adoravérunt eum dicentes, Vere Fílius Dei es.

Non dicitur Credo. 20. nisi dominica fuerit.

Offertorium. Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis : exultátones Dei in fáucibus eórum. [92].

Secreta.

Inténde precámur altíssime Deus vota que réddimus tibi : que et³⁰ plácita fieri eórum précibus concéde :

pro quorum deferúntur honóre. Per Dóminum.

Communio. Justórum ánime in manu Dei sunt : et non tanget illos torméntum malície : visi sunt óculis insipiéntius mori : illi autem sunt in pace. [96].

Postcommunio.

Sumpta Dómine sacraménta celéstia, beátis apóstolis tuis³¹ Petro et Paulo deprecántibus : remé-

dium nobis celéste concílient. Per Dóminum nostrum.

¶ *Translatio sancti Thome martyris.*³²

(vij. Julii.)

[*Ad missam*]³³ *Officium.*



Audeámus omnes in Dómino diem festum celebrántes : sub honóre Thome mártiris : de cuius passióne gaudent ángeli : et colláudant Fílium Dei. *Ps.* Exáudi Deus oratióñem meam cum déprecor : a timóre inimíci éripe ániam meam. 141.

Oratio.

Deus qui nos beáti Thome mártiris tui atque pontíficis translationém celebráre concédis : te supplíciter exorámus : ut ejus méritis

et précibus a vítiis ad virtútes : et a cárcere transferámur ad regnum. Per Dóminum.

Memoria de visitatione.

Epistola. Omnis póntifex. *in communi.* [57].

Gradale. Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide precioso. *V.* Desidérium ánime ejus tribuísti ei : et voluntáte labiórū ejus non fraudásti eum. [39].

Alleluya. *V.* Glória et honóre coronásti eum Dómine : et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. [45].

Sequentia. Solénne cáanticum hódie. *Quere supra in alio festo infra octavas nativitatis.* 143.

Evangelium. Homo quidam nóbilis. *in communi.* [58].

Offertorium. Posuísti Dómine in cápite ejus corónam de lápide precioso : vitam pétiiit a te et tribuísti ei alleluya. [52].

Secreta.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et sanguinem celésti benedictiōne convértis : con-

céde nobis per mérita beáti Thome mártiris tui atque pontíficis : ut ad tuam memóriam reverténtes : tuo

Translatio sancti Thome martyris.

beneplácito conformémur. Qui vivis | et regnas cum Deo Patre.

Communio. Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem impónes super eum Dómine. [§6].

Postcommunio.

Deus qui beátum Thomam mártyrem tuum atque pontíficem a supplíciis ad gáudia trans-tulísti : tríbue quésumus : ut qui translationem ejus venerámur in terris : per ejus patrocínium, ad celéstia transferámur. Per Dóminum.

Cl Notandum est quod proxima dominica, post festum translationis sancti Thome martyris : celebratur festum reliquiarum Sarum ecclesie [: quod nuper celebratur fuerit in octava die nativitas beate Marie].³⁴

¶ *In die³⁵ reliquiarum.*

(ix. Julii.)³⁶

[*Ad missam*]³⁷ *Officium.*



Apiéntiam sanctórum narrant pópuli : et laudem eórum núnciat ecclésia : nómina autem eórum vivent in séculum séculi. Ps. Exultáte justi in Dómino : rectos decet collaudátio. [63].

Oratio.

PResta quésumus omnípotens Deus ut sancte Dei genitrícis sempérque vírginis Maríe, et sanctórum tuórum quoque relíquie in hac continéntur ecclésia nos prótegant mérita : quátenus eórum précibus tranquilla pace, in tua júgiter laude letémur. Per eúndem.

Epistola. Hi sunt viri. *in communi.* [69].

Gradale. Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis. ¶ Cantáte Dómino cáanticum novum : laus ejus in ecclésia sanctórum. [72].

Alleluya. ¶ Sancti et justi in Dómino gaudéte : vos elégit Deus in hereditátem sibi. [77].

Sequentia. Ecce pulchra. *in communi.* [81].

Evangelium. Videns Jesus turbas. *in communi.* [85].

[*Credo.*]³⁸ 20.

Offertorium. Mirábilis Deus in sanctis suis : Deus Israel ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi sue benedíctus Deus alleluya. [90].

Secreta.

MUnera tue miséricors Deus majestáti obláta benígnus quésumus intúitu áspice : ut eórum nobis fiant précibus salutária : quórum sacratíssime in hac basílica relíquie sunt recóndite. Per Dóminum.

Communio. Gaudéte justi in Dómino alleluya : rectos decet collaudátio alleluya. [94].

In die reliquiarum.

Postcommunio.

DIvina libantes mysteria quésu-
mus Dómine : ut eorum nos
ubique intercéssio prótegat : quórum

hic sacra gaudémus habére patrocínia.
Per.

Sanctorum spetem fratrum martyrum.

¶ *Sanctorum septem fratrum martyrum.*

(x. *Julii.*)

[*Ad missam.*]³⁹

GS:190; pl. p.; 1508-S:410; 1513-S:36r.⁴⁰

Offic. I.

Audá- te * pú- e-ri Dómi- num : laudá- te
no-men Dómi- ni, qui ha-bi-tá- re fa- cit ste- rí-lem
in domo : matrem fi-li- ó- rum le- tán- tem. *Ps.* Sit
nomen Dómi-ni be-ne-díc-tum : ex hoc nunc et usque
in sé-cu- lum. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o.

Oratio.

PResta quésumus omnípotens Deus : ut qui gloriósos mártires tuos Felícem, Philíppum, Vitálem, Marciálem, Alexándrum, Silvánum, et Januárium, fortes in sua confessióne cognóvimus : pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per.

Epistola. Rememorámini. in communi. [67].

Sanctorum spetem fratrum martyrum.

Gradale. Anima nostra sicut passser erépta est de láqueo venántium. *XV.* Láqueus contrítus est : et nos liberáti sumus, adjutórium nostrum in nómine Dómini : qui fecit celum et terram. [Require in festo sanctorum innocentium.]⁴¹ [75].

Alleluya. *XV.* Laudáte púeri Dóminum : laudáte nomen Dómini. [Alius]⁴² *XV.* Sit nomen Dómini benedíctum : ex hoc nunc et usque in séculum. 797. *Et dicitur cum utroque XV. hac die sicut in sabbato in ebdomade pasche.*

C Secundum Mattheum. xij. [46-50.]

IN illo témpore. Loquénte Jesu ad turbas : ecce mater ejus et fratres stabant foris : queréntes loqui ei. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua et fratres tui foris stant, queréntes te. At ipse respóndens dicénti sibi, ait, Que est mater mea, et

qui sunt fratres mei ? Et exténdens manum in discípulos suos, dixit, Ecce mater mea et fratres mei. Quicúnque enim fécerit voluntátem Patris mei qui in celis est : ipse meus frater, et soror, et mater est.

Offertorium. Anima nostra sicut passser erépta est, de láqueo venántium : láqueus contrítus est : et nos liberáti sumus. [93].

Secreta.

REspice Dómine oblationes fidélium : ut tibi gratae sint in tuórum passióne sanctórum : qui ger-

máno amóre te diligéntes, sua córpora martyrio tradidérunt. Per.

GS:pl. p.; 1508-S:411; 1513-S:36v.⁴³

Comm. I.

Uicúnque fé-ce- rit * vo-luntá-tem Pa-tris me-i
qui in ce-lis est : ipse me-us fra-ter, so-ror, et ma-

Sanctorum spetem fratrum martyrum.



ter est di- cit Dómi- nus.

Postcommunio.

REfécti Dómine grátie tue vitá- | tórias, participémur et prémiis. Per
libus aliméntis, súpplices im- | Dóminum.
plorámus : ut quorum celebrámus vic-

¶ *Translatione sancti Benedicti abbatis.*

(xj. *Julii.*)

[*Ad missam*]⁴⁴ *Officium.*



S justi meditábitur sapiéntiam : et lingua ejus loquéntur judícum : lex Dei ejus in corde ipsíus. *Ps.* Noli emulári in malignántibus : neque zeláveris faciéntes iniquitátem. [131].

Oratio.

Ntercéssio nos quésumus Dómi-ne beáti Benedícti abbátis tibi comméndet : ut quod nostris méritis

non valémus : ejus patrocínio asse-quámur. Per.

Epistola. Justus cor suum. *in communi.* [132].

Gradale. Os justi meditábitur sapiéntiam : et língua ejus loquéntur judícum. *V.* Lex Dei ejus in corde ipsíus, et non supplantabúntur gressus ejus. [132].

Alleluya. *V.* Pósui adjutórium super poténtem : et exaltávi eléctum de plebe mea. [133].

Si fiant ix. lectiones : dicitur sequentia de communi, scilicet Adest nobis. in communi [115].

Evangelium. Nemo accéndit. *in communi.* [134].

Offertorium. Desidérium ánime ejus tribuísti ei Dómine : et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precioso. [135].

Secreta.

SAcis altáribus Dómine hóstias superpósitas sanctus Benedíctus

quésumus, in salútem nobis proveníre depóscat. Per.

Communio. Beátus servus quem cum vénérerit Dóminus, invénerit vigilántem : amen dico vobis super ómnia bona sua constituet eum. [124].

Postcommunio.

Prótegat nos Dómine cum tui
perceptione sacraménti beátus
Benedictus abbas tuus pro nobis
intercedéndo : ut et conversatiónis |
ejus experiámur insígnia : et inter-
cessiónis ipsíus percipiámus suffrágia.
Per Dóminum.

Translatione sancti Swithini sociorumque ejus.

¶ *Translatione sancti Swithini*
[episcopi]⁴⁵ sociorumque ejus [confessorum].⁴⁶
(xv. Julii.)
[Ad missam]⁴⁷ Officium.



Acerdotes ejus índuant salutári : et sancti ejus exultatióne exultábunt.
Ps. Meménto Dómine David : et omnis mansuetúdinis ejus. [139].

Oratio.

HMnípotens sempitérne Deus qui hodiérnam diem honoráabilem nobis in beáti Swíthini confessóris tui atque pontíficis, socio-rúmque ejus translatióne fecísti : da ecclésie tue in hac celebritáte letíciā : ut quorum solennitátem venerámur in terris : eórum intercessióne sublevémur⁴⁸ in celis. Per.

Epistola. Plures facti sunt. *in communi.* [140].

Gradale. Sacercótes ejus índuant salutári : et sancti ejus exultatióne exultábunt.
V. Illuc perdúcā cornu David : parávi lucérnam Christo meo. [140].

Alleluya. *V.* Fulgébunt justi et tanquam scintille in arundinéto discúrrent in etérnum. [141].

Nulla dicitur sequentia.

Evangelium. Sint lumbi. *in communi.* [142].

Offertorium. Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis : exultatiónes Dei in fáucibus eórum. [142].

Secreta.

REspice quésumus Dómine pó-pulum tuum ad tua sacraménta curréntem : in presénti festivitaté beáti Swíthini confessóris tui atque pontíficis sociorúmque ejus : et concéde : ut ipsis intercedéntibus quod in honóre tui nóminis detulérunt : cunctis prospit⁴⁹ ad véniam. Per.

Communio. Ego vos elegi de mundo : ut eatis et fructum afferatis : et fructus vester maneat. [143].

Postcommunio.

Pignus vite eterne capientes Domine humiliter imploramus : ut intercedente beato Swithino confessore tuo atque pontifice cum sociis ejus quod⁵⁰ imagine contingimus sacramenti manifesta participacione sumamus. Per Dominum.

Translatione sancti Osmundi episcopi et confessoris.

¶ *Translatio⁵¹ sancti Osmundi
episcopi et confessoris.⁵²*

(xvj. Julii.)

[Ad missam]⁵³

1508:29v; 1513:15r. (GS:pl. s.)⁵⁴

Offic.
I.

Aude- á-mus * omnes in Dó-mi- no : di- em
festum ce-le-brántes : sub honó- re Osmúndi pré-su- lis :
de cu-jus transla-ti- ó- ne gaudent án-ge- li, et col-
láu-dant Fí- li- um De- i. Ps. Ex-áudi De-us o-ra-ti-
ónem me- am cum dépre-cor : a timó-re i-nimí-ci
é-ri-pe á- nimam me- am.

Oratio.

DEUS cujus antiqua miracula etiam nostris temporibus ad tui nominis magnificentiam ac laudem et honorem sancti confessoris tui atque pontificis Osmundi choruscäre sen-

timus : concéde propicius, ut cuius translatiōnem colimus : ejus intercessiōnibus, et in presenti seculo te glorificemus : et in futuro te perfrui mereamur. Per Dominum.

Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in vita. *in communi.* [106].

Gradale. Dómine prevenisti eum in benedictiōnibus dulcedinis : posuisti in capite ejus corónam de lápide precioso. *V.* Vitam pétuit et tribuisti ei longitūdinem diérum in séculum séculi. [110].

Alleluya. *V.* Justus germinabit sicut lílium et florébit in etérnum ante Dóminus. [III].

Sequentia.

GAUDEAMUS⁵⁵ Méssia veritáte vita via beatórum glória.
Dies letus celebrétur : quo Osmundi decantétur, honor et memória.
In sacra⁵⁶ translatiōne cujus célice persóne astant⁵⁷ reveréntia.
Et collaudant natum Dei : qui est finis omnis spei ex munificéntia.
Hunc Osmundum⁵⁸ confessórem parentélam clariórem illústri prosápia.
Ortum fecit quem virtútum preter militare scutum insignítur grátia.
Prudens potens temperátus spe et fide roborátus préminet justícia.
Et prepóllet caritaté quibus armis Deitáte datis vicit víta.
Fastum rixam et livórem : avariciam torpórem, gulam ludos, jácula.
Sternit cedit delet pellit, fugat extípat reféllit miles absque mácula.
Gemas terras vestes aurum, seque páriter thesáurum ponit in ecclésia.
Illis decorávit chorūm, sed de se miraculórum : semper fluit cópia.
Claudis gressus cecis visus, mutis lingua mestis risus : leprósis mundícia.
Vita mórtuis donátur, sanus redit⁵⁹ qui precátur : illum cum fidúcia.
Ergo présulum béate deprecántibus te da te semper⁶⁰ ad solácia.
A peccátis nos emúnda, claritatis quo jocúnda : intrémus palácia.

Evangelium. Homo quidam peregre. *in communi.* [120].

Translatione sancti Osmundi episcopi et confessoris.

Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

Secreta.

AUnera nostra Dómine quésimus méritis et intercessiónibus munífcii confessóris tui Osmúndi⁶¹ sanctífica : ut in Fílii tui Dómini nos-

tri Jesu Christi corpus et sanguinem convertántur : et ad nostrárum proficiant salútem animárum. Per eúndem.

Communio. Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem : amen dico vobis super ómnia bona sua constituet eum. [124].

Postcommunio.

SUmptis Dómine munéribus sacris te súpplices deprecámur ut eórum virtúte roboráti, beáti Osmún-

di confessóris tui atque pontíficis imitémur exémpla : et ad gáudia perveniámus etéerna. Per Dóminum.

¶ *Sancti Kenelmi regis et martyris.*

(xvij. Julii.)

[*Ad missam*]⁶² *Officium.*



Lória et honóre coronásti eum : et constituísti eum super ópera
mánuum tuárum. *Ps.* Dómine Dóminus noster : quam admirábile est
nomen tum in univérsa terra. [33].

Oratio.

KMnípotens et miséricors Deus,
qui nobis precláram hujus diéi
letíciám pro beáti Kenélmi regis et
mártiryis tui solennítáte tribuísti : in-

ténde serénus vota fidélis pópuli, et
concéde : ut cujus hódie festa percó-
limus : ejus semper méritis et pré-
cibus sublevémur. Per.

Epistola. Beátus vir qui invéntus. *in communi.* [37].

Gradale. Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide precioso. *V.*
Desidérium ánime ejus tribuísti ei : et voluntáte labiórumb ejus non fraudásti eum.
[39].

Alleluya. *V.* Beátus vir qui suffert temptationem : quóniam cum probátus fúerit
accípiet corónam vite. [44].

Evangelium. Si quis venit ad me. *in communi.* [50].

Offertorium. Glória et honóre coronásti eum : et constituísti eum super ópera
mánuum tuárum Dómine. [53].

Secreta.

PReséntibus Dómine Deus intén-
de munéribus : et patrocinánte
beáto Kenélmo mártyre tuo cujus
festa veneránda⁶³ recensémus, fidé-

libus salútis indulgentiam cónferant :
et eternitatis prémia dignánter ac-
quírant. Per.

Communio. Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem
impónes super eum Dómine. [56].

Postcommunio.

Percipiat quésumus Dómine
plebs tua beáti mártiris tui
Kenélmi natalícia celebrando cum
exultatióne letíciam : et quam mense
celéstis refecísti edúlio : eternitatis tue
fáciás assísti consórto. Per Dóminum
nostrum.

¶ *Sancti Arnulphi episcopi et martyris.*

(*xvij. Julii.*)

[*Ad missam*]⁶⁴ *Officium.*



Etábitur justus in Dómino, et sperábit in eo : et laudabúntur omnes recti corde. *Ps.* Exáudi Deus oratióne meam cum déprecor : a timóre inimíci éripe ámimam meam. [35].

Oratio.

ADesto supplicatióibus nostris omnípotens Deus : et quibus fidúciam speránde pietatis índulges : intercedénte beáto Arnúlpho mártyre

tuo atque pontífice : consuete misericórdie tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Epistola. Beátus vir qui in sapiéntia. *in communi.* [37].

Gradale. Justus non conturbábitur : quia Dóminus firmat manum ejus. *V.* Tota die miserétur et cómmodat : et semen ejus in benedictióne erit. [40].

Alleluya. *V.* Beátus vir qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. [45].

Evangelium. Si quis vult post me. *in communi.* [50].

Offertorium. In virtúte tua Dómine letábitur justus : et super salutare tuum exultábit veheménter : desidérium ánime ejus tribuísti ei. [51].

Secreta.

Sancti mártiris tui atque pontíficis Arnúlphi nobis Dómine pia non desit orálio : que et múnera

nostra tibi concílet : et tuam nobis indulgentiam semper obtíneat. Per.

Communio. Posuísti Dómine in cápite ejus corónam de lápide precioso. [55].

Postcommunio.

Tu nobis Dómine tua sacrificia dent salútem beátus mártir tuus Arnúlphus et⁶⁵ póntifex quésu-

mus⁶⁶ precátor accédat. Per Dóminum.

¶ Sancte Margarete virginis et martyris.

(xx. Julii.)

[*Ad missam*]⁶⁷ *Officium.*

ME expectávérunt peccatóres ut pérderent me : testimónia tua Dómine intelléxi : omnis consummatiónis vidi finem, latum mandátum tuum nimis. Ps. Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dómini. [146].

Oratio.

DÉus qui beátam vírginem Margarétam, hodiérrna die ad celos per martýrii palmam veníre fecísti : concéde nobis quésimus ut ejus exémpla sequéntes : ad te pertíngere mereámur. Per.

Epistola. Dómine Deus meus. *in communi.* [147].

Gradale. Spécie tua et pulchritúdine tua : inténde próspero procéde et regna. *V.* Propter veritátem et mansuetúdinem et justíciā : ed dedúcet te mirabíliter dexterā tua. [149].

Alleluya. *V.* Veni élæcta mea et ponam in te thronum meum : quia concupívit rex spéciem tuam. [151].

Sequentia. Exultémus in hac die. *in communi.* [156].

Evangelium. Símile est regnum celórum thesáuro. *in communi.* [158].

Offertorium. Offeréntur regi vírgines post eam : próxime ejus offeréntur tibi in letícia et exultatióne : adducéntur in templum regi Dómino. [*major.*]⁶⁸ [159].

Secreta.

Hec víctima quésimus Dómine beáte vírginis Margaréte martyrio⁶⁹ obláta : et méntium nobis sanctátem : et córporum obtíneat jugiter castitátem. Per Dóminum.

Communio. Feci judíciū et justíciā : Dómine non calumniéntur michi supérbi, ad ómnia mandátum tua dirigébar : omnem viam iniquitátis ódio hábui.

Sancte Margarete virginis et martyris.

[162].

Postcommunio.

Percipiat quésumus Dómine
plebs tua beáte Margaréte vírgi-
nis tue et mártiris natalícia cele-
brando letíciam : et⁷⁰ quam celéstis
mense refecísti convívio : eternitátis
tue fárias ascríbi consórtio.⁷¹ Per
Dóminum.

¶ Sancte Praxedis virginis.

(xxj. Julii.)

[*Ad missam*]⁷² Officium.



Oquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum et non confundébar : et
meditábar in mandátis tuis que diléxi nimis. Ps. Beáti immaculáti in via :
qui ámbulant in lege Dómini. [146].

Oratio.

Assit plebi tue omnípotens Deus dent honóre, tuo semper⁷³ prote-
beáte Praxedis vírginis tue gántur auxílio. Per.
supplicáto : ut quicúnque ejus gau-

Epiſtola. Sapiéntia vincit. *in communi.* [166].

Gradale. Dilexísti justícam et odísti iniquitátem. *V.* Proptérea unxit te Deus
Deus tuus óleo letície. [166].

Allelúya. *V.* Emulor enim vos Dei emulatióñem : despóndi enim vos uni viro
vírginem castam exhíbere Christo. [167].

Evangelium. Símile est regnum celórum decem. *in communi.* [171].

Offertorium. Offeréntur regi vírgenes post eam : próxime ejus offeréntur tibi.
[*minor.*]⁷⁴ [171].

Secreta.

Suscipe quésumus Dómine ob nostris ásse qui mentis non valémus :
honórem sacre vírginis tue ejúsdem suffragántibus méritis, nobis
Praxedis munus oblátum : et quod largíre propítius. Per Dóminum.

Communio. Simile est regnum celórum hómini negotiatóri querénti bonas
margarítas : invénta una preciosa margaríta : dedit ómnia sua, et comparávit eam.
[162].

Sancte Praxedis virginis.

Postcommunio.

SAncta tua nos Dómine qué-
sumus sancte Praxédis vírginis
tue méritis suffragántibus : et a pec-
catis ómnibus exuant : et ad celéstia
regna perdúcant. Per.

Sancte Marie Magdalene.

¶ Sancte Marie Magdalene.

(xxij. Julii.)

[Ad missam.]⁷⁵

